

iudex Paulus de Agatha

67

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

67

1489-05-20

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quadricentesimo octuagesimonono. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimo,... mense Madii, die vicesimo eiusdem, septime indictionis, Mathere.

Nos Paulus Iohannucci de Agatha de civitate Mathere, per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Petrus de Paulicello de eadem civitate,... publicus ubilibet per totum dictum regnum... regia auctoritate notarius, dominus Eustasius Risanus, iuris utriusque doctor, dominus Donatus de Perro, Matheus Iohannis de Iacucio et Donatus Pascarelli de Papaleone, testes... de eadem civitate,... notum facimus... quod... constitutis Iohanne, Angelo, Iulyano et Vicensio, filiis... Nardi de Richeza, tam proprio nomine, quam tutorio nomine et pro parte Margarite eorum neptis, filie... Cicci eorum fratris, et Angelica et Angelilla, filiis... Andree de Richeza, de civitate Mathere... et Vito de Coppula Rossa, de eadem civitate,... prefati... Iohannes, Angelus, Iulianus et Vicensius... et Angelica et Angelilla... asseruerunt... habere... domum unam seu griptam cum platea ante ipsam, in qua platea per dictum Vitum fuit hedificata quedam domus suis propriis expensis, ac cum alia platea ante ipsam, sistenti in comuni et pro indiviso cum domo heredum Nicolai de Dyamanta et domo Rose Angeli Perdiopera ibidem iacentibus ac cum medietate unius cisterne ab aqua sistente in prefata platea comuni, sita... intus Saxum Caveosum civitatis Mathere, in pictagio ecclesie sancti Clementis, iuxta dictam domum heredum Nicolai de Dyamanta, iuxta viam puplicam

parte superiori, iuxta domum et orticellum capituli maioris ecclesie Materane;... et placebat eisdem... dictam domum... vendere... Qua propter,... stante... cum prefatis mulieribus... Iacobo de Pastore de Mathera pro mundualdo earundem sibi per se electo et petito per easdem, dato et confirmato per supradictum Paulum Iohannucci de Agatha, regiam habentem potestatem in suis regiis literis dandi mundualdum mulieribus carentibus legitimo mundualdo, quo carere se dixerunt ad presens,... presentibus etiam... Paulo de Cancellario, viro dicte Angelice et Donato Antonii magistri Iohannis, viro dicte Angelille et volentibus ac consentientibus,... vendiderunt... prefato Vito... supradictam domum seu griptam... cum platea ante ipsam, ubi dictus Vitus hedificavit dictam domum, ac cum alia platea ante ipsam domum... ac cum medietate dicte cisterne... pro... pretio unciarum sex...

† Ego Paulus Iohannucci de Agatha qui supra regius ad contractus iudex fateor vera esse et me subscripsi † Ego Eustasius Risanus de Matera, iuris utriusque doctor, predicta fateor et ut testis interfui et propria manu me subscripsi † Ego dominus Donatus de Perro de Matera predictis interfui et me subscripsi † Signum crucis mee proprie manus Mathei Iohannis de Iacucio licteratus scribere nescientis † Signum crucis proprie manus mei qui supra Donati Pascarelli de Papaleone illicteratus scribere nescientis